



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 57. Maximiliani electio in Romanorum Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„Pontifex, interpretativo, non tamen
 „est ita dicendum, quod Romanus Pon-
 „tifex omnia possit pro arbitrio, sed se-
 „cundum Regulam, & ad finem, scilicet
 „ad ædificationem Ecclesiæ, & ad sa-
 „lutem nostram. Postea Abbas Cassinen-
 „sis dixit, Papam, os, manum, & linguam
 „Christi esse: Franciscus vero Zamora,
 „Hispanus, Generalis Sancti Francisci de
 „observantia, edixit, scopum omnium
 „hæreticorum esse, ut cunctis machinis
 „Sedem Apostolicam & hierarchiam Ec-
 „clesiasticam expugnent, quibus resisten-
 „dum est, ut ait Irenæus lib. 3. cap. 2.
 „ad Valen.

Sæc. XVI.
 A.C. 1562.

§. LVII.

*Maximiliani electio in Romanorum
 Regem.*

Die Martis octava Decembris, alia ha-
 bebatur congregatio, in Templo
 Majori, ubi sacris operabatur Antonius
 de Muglitia, Moravus, Archiepiscopus
 Pragensis, ac Orator Cæsareus, ac præ-
 sentibus Legatis, Oratoribus, & Patri-
 bus, per Andream Duditium Sbar-
 dellatum, Hungarum, atque Episcopum
 Tinnensem, de laudibus Maximiliani,
 Regis Bohemiæ, habita est oratio do-
 cta quidem, & elegans, idque pro a-
 gendis Deo gratias ob Maximiliani in
 Regem Romanorum electionem, quæ u-
 nani-

*Scand. ad
 hunc ann.
 n. 40.
 Mem. hist. &
 polit. de la
 Maison
 d'Autrich.
 tom. 2. p. 22.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
 nanimi Principum Electorum confectis
 Francofordiæ facta est: cum igitur Ma-
 ximilianus die vigesima Septembris
 Bohemiæ Rex electus esset, ejus Pater
 Ferdinandus, qui præ omnibus negotiis
 suæ Domus incrementa, ac Imperialis
 coronæ propagationem ad suam fami-
 liam procurabat, Mense Novembri hanc
 in rem comitia Francofordiæ celebra-
 da convocabat, ubi convenientibus
 S. R. I. Principibus suo nomine Maxi-
 milianum in Romanorum Regem pro-
 poni voluit, atque adeo dextre Princi-
 pum, ac Deputatorum animos inclina-
 vit, ut Maximilianus die trigesima Men-
 sis Novembris, seu verius die vigesi-
 ma quarta unanimi suffragio eligeretur;
 illum enim die Sancto Andreae sa-
 cra, seu trigesima coronatum legimus,
 cui festivitati, necnon sacro solemnique
 ad Evangelii finem quidam Prote-
 stantes Electores intererant, Palatinus
 vero ad Missæ initium, Saxoniz autem
 & Brandenburgi Electores decantato
leluja recesserunt.

§. LVIII.

*Patris Laynesii oratio circa Episco-
 porum jurisdictionem.*

Pallav. l. 19. FERIA quarta die nona Decembris ma-
t. 6. n. 6. tutino tempore supremus Fratrum
p. 28. & seq. Minorum Moderator sermonem suum
 profere